

ris formam experire: iudex datus, si quid a coherede etiam tota portio...

4. Imp. ALEXANDER A. Antonio.

Si filiusfamilias fuisti, et res mobiles vel se moventes, qua castrensis...

5. Idem, A. Stalilia.

In ipsius mariti tui fuit potestate mutare quod in servos suos iratus...

6. Imp. GORDIANUS A. Pomponio militi.

Ea, qua in nominibus sunt, non recipiunt divisionem: cum ipso...

7. Idem, A. Aeliano.

Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes constat: praetor...

8. Idem, A. Telesphoro.

Bona, quaequaeque tibi sunt communia cum fratre tuo ex hereditaria...

9. Idem, A. Verino.

Non est ambiguum, cum familiae eriscundae titulus inter bonae fidei...

10. Idem, A. Telesphoro.

Quotiens inter omnes heredes testator successionem suam dividit:

11. Imp. PHILIPPUS A. et PHILIPPUS C. Antonino P.

Inter filios et filias bona intestatorum parentum pro virilibus...

12. Imp. GALLIENUS et VALERIANUS AA. Rufo.

Non ideo divisio inter te, et fratrem tuum (ut proponis) facta, irrita...

13. Imp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. Saturiano.

Certum est, liberorum pecunia post mortem patris in hereditatem...

14. Idem, AA. Hermiano.

Si familiae eriscundae iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem...

4. L. 19, infr. h. t. § 4. Inst. de off. jud. — 5. L. ult. infr. de crim. epil. hered. — 6. L. 1, infr. de cast. pecul. — 7. L. 3, infr. d. t. — 8. d. l. 1, in fin. — 9. L. 2, D. de SC. Silan. — 10. L. 18, § 2, D. h. t.; L. 17, § 19, D. de edil. edict. — 11. L. 1, infr. de except.; L. 51, in fin. D. h. t.; L. 17, L. ult. D. de distract. pignori. add. L. 25, § 9, § 15, D. h. t. — 12. Add. L. 89, § 4, D. de legat. 2. — 13. L. 1, supr. h. t. — 14. § 25, Inst. de action. — 15. L. 17, infr. h. t. — 16. D. h. t. L. 2, supr. de petit. hered. — 16. L. 8, supr. de inoff. testam. — 17. L. 16, in fin. D. h. t.; L. 2, supr. de petit. hered. — 18. L. 32, D. eod.; L. ult. § 1, infr. ad SC. Tert. L. 1, infr. commun. de success. N. 118, c. 3, in fin. — 19. L. 17, supr. de pactis. — 20. Vide tamen L. 4, supr. h. t.; L. 12, in fin. infr. de collat. — 21. L. 20, § 1, D. h. t. — 22. L. 38, D. de constit. iudic. — 23. L. 11, supr. h. t. — 24. L. 25, § 24, D. eod. — 25. L. 20, § 5, D. eod.

judicarum specialiter inter vos venit, id est, ut unusquisque eventum rei suscipiat...

15. Idem, AA. Theophilo.

Si divisionem conventionem factam etiam possessio consensu secuta, pro solido...

16. Idem, AA. Heraclio.

Filii patris testamentum rescindendi, si hoc inofficium probare non possunt...

17. Idem, AA. et CC. Commodiano.

Coheredibus divisionem inter se facientibus, juri absentis, et ignorantis...

18. Idem, AA. et CC. Domina.

Filiae cujus nomine pater res comparavit, si non postea contrarium ejus iudicium...

19. Idem, AA. et CC. Lysicrati.

Incerti juris non est, in familiae eriscundae iudicio earum rerum, quas ex coheredibus...

20. Idem, AA. et CC. Pactuelae.

In familiae eriscundae iudicio ab uno pro solido rei, veluti communis venundatae...

21. Idem, AA. et CC. Fortunato.

Si, cogitatione futurae successione, officium arbitri dividendae hereditatis...

22. Idem, AA. et CC. Dionysio.

Servum communem non consentientibus coheredibus, sed per errorem...

23. Idem, AA. et CC. Hermogeni.

Licet pacto divisionis adversus singulos actio pro hereditariis portionibus...

26. L. 20, supr. de pact. — 27. L. ult. infr. L. 52, D. h. t. — 28. L. 21, infr. eod. — 29. L. 20, supr.; L. 21, L. ult. infr. eod.; L. 21, § 1, infr. de testam. L. 8, supr. de inoff. testam. — 30. Add. L. 2, § 4; L. 43, D. h. t.; L. 8, pr. D. communis divid. — 31. L. 74, D. de reg. jur. — 32. L. 9, supr. h. t. — 33. L. 2, supr. de inoff. donat.; L. pen. infr. h. t. confer. tamen L. 15, infr. de collat. — 34. L. 1, supr. h. t. iuncta L. 16, supr. de transact. — 35. L. 18, § 8; L. 25, § 19; L. 39, pr.; L. 44, § 7, 8, D. h. t. — 36. L. 5, supr. de negot. gest.; L. 51, D. de procur. — 37. L. 3, supr. h. t. § 5, Inst. de off. jud. — 38. L. 5, supr. de rei vind. — 39. L. 44, § 2, D. h. t. — 40. L. 29, L. 26, supr. eod. — 41. L. 12, supr. eod. — 42. L. 32, D. eod. — 43. L. 18, supr. de rei vind. — 44. L. ult. D. pro dote. — 45. L. 5, infr. in quib. caus. cessat longi temp. praeser. — 46. L. 25, supr. de pact.

tum excedit, urgeri potest: cum et hoc omisso, si non contrarium con-

24. Idem, AA. et CC. Socrati.

Filium quem habentem fundum portionem hereditatis fratribus, et quibusdam...

25. Idem, AA. et CC. Diocli.

Ex causa donationis, vel aliunde tibi quaesita, si avi successionem respueris...

26. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

Inter omnes dumtaxat heredes suos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares...

In AUTHENT. de trient. et semiss., § et quod saepe, col. 3, tit. 5, Novell. 18, cap. 7.

Si modo subjiciatur huic scripturae, vel ipsius parentis, vel omnium...

TIT. XXXVII.

COMMUNI DIVIDENDO.

1. Imp. ANTONINUS A. Luciano.

Frater tuus si solam portionem praedii ad se pertinentem distraxit, venditionem...

2. Imp. ALEXANDER A. Avito militi.

Si probatum fuerit praetii provinciae, fratrem tuum vineas communes pignori...

3. Idem, A. Verecundiano.

Ad officium arbitri, qui inter te et fratrem tuum [pro] dividendis bonis...

47. L. 20, § 3, vers. plane, D. h. t. — 48. Immo vide L. 91, D. ad leg. Falc. — 49. Add. L. 18, supr. h. t.; L. 15, infr. de collat. — 50. N. 107, c. 21, L. 22, § 1, infr. de testam. add. L. 38, D. de inoff. libert. — 51. Confer. N. 107, c. 1. — Tr. XXXVII. — 1. Lib. 30, D. 31, § 20, Inst. de act.; § 5, Inst. de off. jud. — 2. Add. L. 3, in fin. D. qui potiores in pign. — 3. L. 14, § 5, D. h. t.; L. 16, in fin. D. pro soc. — 4. L. 5, infr. h. t. — 5. L. ult. D. de alienat. jud. mut. caus. fact. — 6. L. un. infr. si com. res pign. — 7. L. 5, D. qui potiores in pign. — 7. L. 10, in fin. D. h. t. — 8. § 5, Inst. de off. jud.; L. 2, § 1, D. fin. regund.; L. 56, D. fam. eriscund. — 9. L. 21, supr. de pactis. — 10. Supr. de tempo...

ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli: aestimatione justa facta...

4. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC.

Si major quinque et viginti annis soror tua tecum res communes divisit: quamvis...

5. Idem, AA. et CC. Secundino militi.

In communione vel societate nemo compellitur invitus detineri: quapropter...

TIT. XXXVIII.

COMMUNIA UTRIVSQUE JUDICII TAM FAMILIAE ERISCUNDAE, QUAM COMMUNI DIVIDENDO.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

Divisionem praediorum vicem emptionis obtinere placuit.

2. Imp. ALEXANDER A. Euphrate.

Etiam si divisioni arbitrum dedit, cui dandi jus non fuit: tamen si socii...

3. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Aureliae Septimiae.

Majoribus etiam, per fraudem vel dolum vel perperam sine iudicio factis...

4. Idem, AA. et CC. ad Maximianum.

Si patruus tuus ex communibus bonis res comparavit, sibi negotium gerens...

5. Idem, AA. et CC. Frontino et Gafriano.

De instrumentis, qua communia fratrem vestrum tenere proponitis, rector provinciae...

6. Idem, AA. et CC. Thesidianae, et aliis.

Si cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut se nullum dolum...

7. Idem, AA. et CC. Severiano et Flaviano.

Si fratres vestri pro indiviso commune praedium citra vestram voluntatem...

rib. in integr. restit. — 11. L. 1, supr. si advers. transact. — 12. L. 3, D.; L. 3, supr. de integ. restit. — 13. L. 3, L. 21, L. 14, § 1, D. h. t. — 14. L. 23, D. de reg. jur. — 15. L. 26, § 4, D. de conti. iudic.; L. 70, D. pro soc. vide tamen N. Leon. 102. — Tr. XXXVIII. — 1. L. 20, § 5, D. fam. erisc. — 2. L. 3, supr. ex quib. caus. maj.; L. 6, in fin. D. de iure dot. — 3. L. 8, infr. si quis alteri vel sibi sub alter. nom. em. — 4. Immo vide L. 74, D. pro soc. — 5. L. 5, D. fam. erisc. — 6. L. un. infr. si com. res pignori. add. L. 5, in fin. D. qui potiores in pignore.

intercessit: alioquin, quanti interest, præscriptis verbis contra fratres agere potestis: nam si fundi, scientes obligationem, dominum suscepistis: tantum evictionis⁷ promissionem solennitate verborum, vel pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis. — Dat. 2 non. decemb. *Nicomediae*, AA. *Cons.* 294.

8. *Idem*, AA. et CC. Nicomacho et aliis.

Si inter vos majores annis viginti quinque rerum communium divisio, relicta⁸, vel translata possessione, finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. — Dat. non. decemb. CC. *Cons.* 294.

9. *Idem*, AA. et CC. Demetrio.

Familia eriscunda, vel communi dividendo iudicio ita demum, si corpora maneat communia⁹, agi potest. — Dat. 6 id. decemb. *Nicomediae*, CC. *Cons.* 294.

10. *Idem*, AA. et CC. Gallicano.

Scriptura testamenti, qua specialiter omnia divisa continentur; quominus res¹⁰, quarum testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. *Sine die et consule*.

11. Imp. *Constantinus* A. Cæculo rationali trium provinciarum.

Possessionum divisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum, vel colonorum adscriptitiae conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos¹¹ a parentibus, a fratribus sorores, a viris conjuges segregari? [Igitur] si qui [sic sociata] in jus diversum mancipia [vel colonos] distraxerint, in unum eadem redigere cogantur. — Dat. 3 kalend. Maji, *Proclo* et *Paulino* *Cons.* 334.

12. Imp. *Justinianus* A. ad Senatam.

Illud æquitas fovere rationibus, bene nobis apparuit: si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, et hoc quod dedit, iterum ad eum revertatur, vel stipulatione, vel lege hoc faciente [vel et si] alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor, vel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, et nihil de hujusmodi rebus, quæ ad eum reversæ sunt, vel pervenerunt, disposuerit, inveniantur autem alii liberi ejus res a paternâ substantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ causa, quas (utpote testamento existente) non¹² coguntur conferre: tunc filius vel filia easdem res, quæ ad patrem reversæ sunt, vel pervenerunt, habeant præcipuas, ad simile tamen lucrum computandas, ut in presenti casu tantum habeat ipse vel ipsa, quantum ejus fratres a patre sunt consecuti, secundum eos modos, quos supra diximus, et quos conferre propter testamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum est, neque ipsos sibi præcipue hanc partem vindicare, sed quasi paternæ facta substantiæ sit, inter omnes secundum institutionis tenorem dividi: et hæc quidem si inter fratres patris elogium compositum sit. Sin autem extranei sint scripti heredes, et nihil in testamento suo, neque in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo præcipuum habeat filius, quod ad patrem revertitur, vel pervenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex hujusmodi causa ad patrem pervenit: illo, quod ad similem quantitatem concurrat, excepto, cætera quasi paternæ substantiæ facta secundum modum institutionum dividantur. Illo proculdubio observando, quod si minus sit id, quod pater ex hujusmodi causa habuit, ea quantitate, quæ in fratres collata est; tota hujusmodi portio ad eas personas perveniat, quarum occasione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quæ in paternâ persona diximus, obtinere volumus etiam in avo, et proavo paterno vel materno, et in matre et in avia, et proavia paternâ vel materno. — Dat. 2 kal. Aug. *Constantinop.* *Lampad.* et *Oreste* *VV. CC. Cons.* 330.

TIT. XXXIX.

FINIUM REGUNDORUM¹.

1. Imp. *Dioclet.* et *Maxim.* AA. et CC. *Nicephoro*.
Regionem certam fundi, propriis finibus ejus mutatis², dominus ejus

7. l. 27, infr. de evictionib. — 8. l. 45, D. de pactis. — 9. l. 1, in fin. D. communi divid. — 10. *Adde* l. 1, infr. arbitre tut. N. 48. — 11. *Confer.* l. 41, § 2, § 5, D. de legat. 3: l. 6, § 7, l. 8, D. de pignori. — 12. *Atrop.* N. 13, c. 6.
Tit. XXXIX. — 1. l. 1, D. l. 1, § 20, Inst. de act. § 6, Inst. de off. judic. — 2. l. 2, infr. l. 21, l. 12, D. h. t. — 3. d. l. 11. — 4. d. l. 11, in fin. — 5. l. 13, supr. de rei vindic. — 6. l. 8, in fin. D. h. t. — 7. l. 15, § 2, 3, 4, supr. de judic. — 8. l. 5, infr. unde vi — 9. l.

distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quam quod ratione secundum venditionis fidem ad se pervenit, vindicare potest prætextu terminorum temporis antecessitis venditionem. — Dat. id. decemb. *Nicomediae*, AA. *Cons.* 295.

2. *Idem*, AA. et CC. *Tatiano*.

Successionum³ varietas, et vicinorum novi⁴ consensus, additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta sæpe mutantur. — Dat. 9 kal. Jan. *Nicomediae*, AA. *Cons.* 295.

3. Imp. *Constantin.* A. ad *Tertullianum* V. P. comitem dioceseos *Asianæ*.

Si quis super sui juris locis prior [de finibus] detulerit querimoniam, quæ proprietatis controversiæ coheret: prius possessionis⁵ quæstio finiat, et tunc agrimensur⁶ ire præcipiatur ad loca; ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne hujusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit⁷, nihilominus agrimensur in ipsis locis jussione rectoris provinciæ una cum observante parte hoc ipsum faciens perveniet. — Dat. 16 kal. Mart. *Veronæ*, *Gallicano* et *Symmachio* *Cons.* 330.

4. *Idem*, A. ad *Bassum* præfectum urbi.

Si constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare⁸ voluisse: non solum id quod male petebat, amittat, sed (quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat juris⁹ alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum adimere tentavit, amittat. — Lecta apud acta 13 kal. Jul. *Gallicano* et *Symmachio* *Cons.* 350.

5. Imp. *Valent.*, *Theod.* et *Arca.* AAA. *Neotherio* P. P.

Quinque¹⁰ pedum præscriptione submota, finalis jurgii, vel locorum libera peragatur intentio. — P. P. 7 kal. Jul. Aug. 2 *Arca.* A. 2 et *Rufino* *Cons.* 392.

6. Imp. *Theod.*, *Arca.* et *Honor.* AAA. *Rufino* P. P.

Cunctis molitionibus et machinationibus amputatis, decernimus, in finali quæstione non longi temporis, sed triginta tantummodo annorum præscriptionem locum habere. — Dat. 2 non. novemb. *Arca.* A. 2 et *Rufino* *Cons.* 392.

TIT. XL.

DE CONSORTIBUS EJUSDEM LITIS.

1. Imp. *Julianus* A. Secundo P. P.

Explosis atque rejectis præscriptionibus quas litigatores sub obtentu consortium, studio protrahendæ disceptationis, excogitare consueverunt: sive unius fori omnes sint, sive in diversis provinciis, versentur, nec adjuncta presentia consortis, vel consortium, agendi, vel respondendi jurantibus licentia pro parte¹ pandatur. — Dat. 3 non. septemb. *Mamertino* et *Nevita* *Cons.* 362.

2. Imp. *Valent.* et *Valens* AA. *Salustio* P. P.

Commune negotium post litem legitime ordinatam etiam quibusdam absentibus [in solidum] agi sine mandato potest, si presentes *rem² ratam domum habituram* cavere parati sint, vel si quid ab his petitur, *judicatum solvi* satisfactione firmaverint. — P. P. 6 id. decemb. *Divo* *Joviano* [A.] et *Varroniano* *Cons.* 364.

TIT. XLI.

DE NOXALIBUS¹ ACTIONIBUS.

1. Imp. *Alexand.* A. *Marcello*.

Si extat corpus nummorum, quos ablatis ex patris tui hereditate, ab eo quem liberum esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis: nam quamvis alias noxa² caput sequatur, et manumissus furti actione teneatur, quæ in heredem non competit: cum tamen servus³ a domino aliquid aufert, quamvis furtum committat, furti tamen actio non est nata: neque adversus ipsum, si postea⁴ manumissus est, locum habet, nisi furtivas res, et post manumissionem contractet. — P. P. 15 kal. decemb. *Maximo* et *Aeliano* *Cons.* 224.

8. D. h. t. — 10. L. ult. in fin. D. eod.

Tit. XL. — 1. l. 4, § ult. D. de verb. oblig. — 2. l. 1, supr. de procur. — 3. l. 11, § 1, D. de furtis. — 4. l. 16, D. d. t. de furti; § 6, Inst. h. t. — 4. l. 1, § 1, D. si quis testam. liber.

2. Imp. *Gord.* A. *Quintiliano* et aliis.

Si servi vestri, nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus, furtim arbores præterita, quibus etiam propria pena juxta legem saltui datam fuerat cæditur: frustra veremini, ne ex persona eorum ultra⁵ noxæ deditionem sitis obstructi: cum ex delictis servorum domini ignorantes vel prohibentes, si noxali actione conveniantur, ita condemnari debeant ut aut noxæ dedere, aut condemnationem⁶ sufferere habeant in sua potestate. — P. P. 3 non. Junii, *Gordiano* et *Aviola* *Cons.* 240.

5. Imp. *Dioclet.* et *Maxim.* AA. et CC. *Eutychio*.

Sive servum plagii paras accusare solenniter, præsidem provinciæ adire non prohiberis: sive dominum ejus sollicitati servi noxali iudicio, sive furti malueris convenire, suam tibi notionem præses [provinciæ] commo-dabit: non ignorans, quod si dominum elegeris, et eo non consentiente, quod intendis, commissum probaveris, vel noxæ dedenda⁷, vel damni sciendæ, ac pœnæ præstandæ habeat facultatem. — P. P. 8 non. octob. *Simii*, AA. *Cons.* 295.

4. *Idem*, AA. et CC. *Sosio*.

Si servus ignorante domino, vel sciente et prohibere⁸ nequeunte, res tuas vi rapuerit, dominum ejus apud præsidem provinciæ, si necdum utilis annus excessit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simplici noxali iudicio convenire potes: qui, si noxæ maluerit servum dedere: nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis. Nam si eo conscio, et prohibere valente: detracta noxæ deditione conventus, ad summam condemnationis solvendam omnino compellendus est. Sane, si criminis publici accusationem propter uxorem tuam a servo raptam, intendendam putaveris: non contra dominum⁹, sed contra eum servum, quem facinus commississe proponis, hanc instituere debes. — P. P. 18 kal. septemb. *Simii*, AA. *Cons.* 295.

5. *Idem*, AA. et CC. *Menophilo*.

Si tibi per furtum nec manifestum ancillam servus ope¹⁰ consilioque domini cum aliis rebus subtraxerit, cum inter servum et liberum civile iudicium¹¹ consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli pœnali actione, et de rebus propriis vindicatione, vel conditione convenire potes. — S. 8 kalend. april. CC. *Cons.* 294.

TIT. XLII.

AD EXHIBENDUM¹.

1. Imp. *Alexander* A. *Crescenti* militi.

Si dominum ancilla, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec jure a patre tuo venundata est, ejusque proprietatem tibi vindicare² paratus es: præses provinciæ exhiberi eam jubebit, ut apud judicem de rei veritate quæratur. — P. P. kal. Maji, *Alexandro* A. *Cons.* 225.

2. *Idem*, A. *Syro*.

Si criminis³ alicujus reus servus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. — P. P. 11 kal. decemb. *Alexandro* A. *Cons.* 225.

3. *Idem*, A. *Felicissimæ*.

Neque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea precepta est⁴, quod aliquid adversus te ad exhibendum actione aliter pronuntiatur est: quia commutatione litis alia res esse incipit. — P. P. kal. sept. *Maximo* et *Aeliano* *Cons.* 224.

4. *Idem*, A. *Flacilla*.

Non ignorabit iudex, si instrumenta tui⁵ juris, quæ penes diversam partem fuisse probaveris, ab eisdem non exhibentur, jurisjurandi in litem⁶ facultatem deferri tibi oportere. — P. P. 3 kal. Mart. *Agricola* et *Clementino* *Cons.* 231.

5. Imp. *Gord.* A. *Sabiniano* militi.

Ad exhibendum actione non tantum eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui dolo fecit⁷, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnendæ auctoritatis jurisconsulto *Modestino* responsum est. — P. P. 2 id. februar. *Gordiano* A. et *Aviola* *Cons.* 240.

6. Imp. *Philippus* A. *Palemonidi*.

Instrumenta ad jus tuum⁸ pertinentia, partem diversam invasisse ad

5. § 2, in fin. Inst. l. 3, pr. D. h. t. l. 7, § 1, D. de danno infect.; l. 1, § 15, D. de vi et vi armat. — 6. l. 17, § 18, D. de edict. edict.; l. 3, infr. h. t. — 7. l. 2, supr. eod. — 8. *Adde* l. 2, D. eod. *Juncta* l. 45, D. ad leg. Aquil. — 9. l. 4, infr. ad leg. Jul. de vi. — 10. l. 55, in fin. D. de V. S. — 11. l. 6, supr. de judic.

Tit. XLII. — 1. § 3, Inst. de off. judic. lib. 10, D. 4. — 2. l. 1, l. 5, § 5, D. h. t. — 3. *Adde* l. ult. D. eod. — 4. l. 12, § 1, D. eod. — 5. l. 6, infr. eod. — 6. l. 21, supr. de rei vindic. — 7. l. 7, infr. l. 9, in prin. et § 2, D. h. t. — 8. l. 4, supr. eod.; l. 52, D. de act.

severans, si quidem crimen intendis, solennibus accusationibus impletis, fidem adseverationi tuæ facito: sin vero ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire. — P. P. 2 id. Mart. *Peregrino* et *Aeliano* *Cons.* 245.

7. Imp. *Dioclet.* et *Maxim.* AA. et CC. *Vitalianis*.

Exhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam, vel dolum⁹, in explendo præcepto committit: ita ut si rem deteriorem¹⁰ exhibuit, æquitas¹¹ exhibitionis periciat, ut quamvis ad exhibendum agi non possit: in factum tamen actio contra eum detur. — P. P. 16 kal. Julii, *Maximo* et *Aquilino* *Cons.* 286.

8. *Idem*, AA. et CC. *Photino*.

Si res tuas commodavit, aut deposuit is, cujus in precibus meministi, adversus tenentem ad exhibendum, vel vindicatione uti potes. Quod si pactus sit, ut tibi restituantur: si quidem ei, qui deposuit, successisti jure hereditario, depositi actione uti non prohiberis: si vero nec civili, nec honorario jure ad te hereditas ejus pertinet: intelligis nullam te ex ejus pacto¹², contra quem supplicas, actionem stricto jure habere: utilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depositi actio. — S. 8 kal. Maji, *Heraclia*, AA. *Cons.* 295.

9. *Idem*, AA. et CC. *Faustino*.

Si ex quocunque contractu apud præsidem provinciæ jure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaveris: chirographa tua¹³, ex quibus jam nihil peti potest, et instrumenta ad eum contractum pertinentia, tibi naturaliter liberationem consecuto exhiberi ac reddi jubebit. — S. 8 kal. septemb. CC. *Cons.* 294.

TIT. XLIII.

DE ALEATORIBUS¹, ET ALEARUM LUSU.

1. Const. argumentum ex *Βασιλικῶν*, lib. 60, tit. 8, de aleatoribus, *Jacobo* *Cujacio* interprete.

Constitutio prohibet ludos, exceptis quinque: defmit etiam multam in aleatores, permissens præfecto urbi, et præsidibus provinciarum, et episcopis ea inquirere et prohibere, et in iis habitos contractus rescindere. Dat et actionem ex quinque concessis ludis, et repetitionem eorum, quæ ex ea causa debentur, et statuit decem librarum multam in eos, qui constitutionem violari permiserint.

1. Imp. *Justinianus* A. *Joanni* P. P.

Victum in alea lusu, non posse conveniri: et si solverit, habere repetitionem², tam ipsum, quam heredes ejus adversus victorem, et ejus heredes, idque perpetuo, et etiam post triginta annos. Quod si vel ipse, vel ejus heredes repetere neglexerint: liceat cuicumque volenti, et præcipue civitatis, in qua id factum est, primati, vel defensori, repetere, et in opera civitatis id expendere. Data autem super aleæ lusu cautio sit irrita, et condicæ possit. Sed et si quis sub specie alearum victus sit lupinis, vel alia quavis materia, cesset etiam adversus eum omnis exactio. Data licentia episcopis hæc inquirendi: debentibus etiam præsidibus, et primatibus et defensoribus civitatum eos hac in re adjuvare. Duntaxat autem ludere liceat *μινδολον*, liceat item ludere *κοιτομινδολον*, *κυντανδν κοντακκα*, et item liceat ludere *χωρις της παρτης*; id est, ludere vibratione *Quintiana*, absque spiculo, sive aculeo, aut ferro, a quodam Quinto ita nominata hac luso specie. Liceat item ludere *περυστην*, id est, exerceri lucta: liceat vero etiam exerceri hippice, id est, equorum cursu, seu hippodromo, absque dolo et circumventione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices unum assem, seu numisma, seu solidum deponere et ludere, cæteris autem longe minori pecunia. Quod si plus lusus fuerit, neque repetitio detur, et solum repetatur. Curent vero ista præsidem, decem librarum pœna interposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

2. Const. argumentum ex *Βασιλικῶν*, lib. 60, tit. 8, de aleatoribus, *Jacobo* *Cujacio* interprete.

Constitutio prohibet ea, quæ dicuntur *ἐπιπλα* *ιππικῶν* periculi repetitione proposita in lusores, et publicatione domorum, in quibus hujusmodi lusus peracti sunt. Datur et repetitio ei, qui superatus est, et

empt. et vendit. tit. D. de tab. exhib. — 9. l. 5, supr. h. t. — 10. l. 9, § 3, D. eod. — 11. l. 5, § 14, D. eod. — 12. l. 38, D. de verb. oblig. — 13. l. 2, infr. de conduct. ex lege; l. 16, D. h. t.

Tit. XLIII. — 1. l. 11, D. 5; *adde* N. Leon. 37. Auth. Interdicimus, supr. de episcop. et cler.; l. 23, l. ult. § 1 et 3, supr. de episc. aud.; N. 125, c. 10, in fin. — 2. *Adde* l. 19, in fin. D. de probat.; l. ult. § 1, D. quær. rer. actio non datur.